

quem facta, an teneat ita, scilicet, ut commissarius ferat sententiam, prout talis sapiens dictaverit, n. 14 l. 2 tit. 21 part. 3.—causæ clausula *appellatione remota*, quis istud facere possit, et de qua intelligatur, n. 10 et 11 l. 13 tit. 23 part. 3.

COMPATER utrum esse dicatur ille, qui levat de sacro fonte filium unius, credens illum fore filium alterius, n. 1 in fin. in proem. tit. 7 part. 4.—Compatres dicuntur, etiamsi plures aliquem de sacro fonte levaverint, n. 3 per text. ibi, l. 1 tit. 7 part. 4.—Comperit uxorem illius, cujus filium aliquis de sacro fonte levaverit, quem maritus durante matrimonio habuit, non efficitur ille, qui illum levavit, et quare, n. 1 per text. ibi, l. 4 tit. 7 part. 4.

COMPATERNITAS an contrahatur, si infidelis aliquem teneat in baptismo, n. 6 l. 6 tit. 4 part. 1.—an contrahatur per procuratorem, n. 1 in princ. in proem. tit. 7 part. 4.—Et quid sit, ibi.—Et cui potius quis subvenire teneatur, patri naturali vel carnali, ibidem.—Et an isti filii excludant substitutum, scilicet, si sine liberis decesserit, et an debeant ali à patre spirituali, ibidem.—Compaternitas an contrahatur inter judæos, vel inter christianum, et judæum, ibidem.—benè contrahitur inter christianum suscipientem filium hæretici de sacro fonte, et inter ipsum hæreticum, si baptizatus fuit, ibidem.—Et an plures peccent, qui in eodem genere delicti peccant contra parentes spirituales, quàm carnales, ibidem.—Compaternitas an contrahatur, si quis levat de sacro fonte filium Titii, credendo illum esse filium Sempronii, dict. n. 1 in fin. in proem. tit. 7 part. 4.—contrahitur cum omnibus, etiamsi plures aliquem in sacro fonte tenuerit, n. 3 l. 1 tit. 7 part. 4.—an extendatur ad uxores levantium aliquem de sacro fonte, et ad quas, et an ipsorum concubinas, ibi n. 6 et 7.—non extenditur ad filios uxoris, quæ aliquem levavit de sacro fonte, si ipsa ex alio viro illos habuit, ibi n. 8.—quæ impediatur, et dirimat matrimonia, an contrahatur, si quis stet tempore benedictionis ad portas ecclesiæ, n. 2 l. 2 ibi.—an extendatur ad uxorem illius, cujus filium adulterinum quis de sacro fonte levavit, n. 1 l. 4 tit. 7 part. 4.

COMMODANS, ET COMMODATARIUS.—Commodans rem tenetur de damno commodatario illato, si scivit rei vitium, et tacuit, n. 1 l. 6 tit. 2 part. 3.—Et quid si commodans sit ignorans, et commodatarius velit agere noxali, an admittatur, dict. n. 1.—Commodator servi vel equi tenetur expensas solvere, quæ in curando servo factæ fuerunt, et quales non, n. 1 l. 7 tit. 2 part. 5.—non potest rem commodatam repetere, nisi expleto usu cujus contemplatione illam commodavit, n. 1 l. 9 t. 2 part. 5.—Aliquando tamen sic, ibi n. 2.—Commodator an possit à commodatario rem sibi commodatam petere, licet ipsa jam perierit, si ipse in restituendo fuit in mora, et an consideretur quo i eodem modo esset peritura penes eum, n. 6 dict. l. 9.—Et quid in actione reali, vel in foro conscientie, dict. num. 6 dict. l. 9 tit. 2 part. 5.—Commodator, sive commodans, qui aliquid alicui dedit, si illud commodatario furatum sit, an contra ipsum, vel contra furem agere possit, et an eli-

gendo contra unum agere, possit ad alium redire, et quando, gloss. l. 11 per text. ibi, tit. 14 part. 7.

COMMODATARIUS si non potuit infra præfixitum tempus uti commodato, quid tunc, n. 1 in fin. l. 1 tit. 2 p. 5.—Et an in dubio commodatam videatur datum gratia commodatarii, et quid si et tunc aliqua utilitas veniat danti, n. 1 l. 2 ibi.—Commodatarius gratia sui tantum, an teneatur de levissima culpa, et quando, n. 2 per text. ibi, l. 2 tit. 2 part. 5.—an teneatur, si res sibi commodata casu finiatur, et pereat, et quid si culpa præcesserit casum, et quid si præcessit mora, vel pactum, ibi n. 3.—Quod procedit etiamsi res sibi fuerit commodata gratia sui tantum, ibidem, et n. 7 l. 3 ibi per illum text.—Commodatarius gratia utriusque tenetur de levi culpa, non de levissima, et an talis culpa debeat considerari secundum diligentiam, quam ipse debet adhibere in rebus propriis, vel aliter, et quæ sit de hoc ratio, n. 3 l. 2 tit. 2 part. 5.—omnino negligens in rebus suis, an excusetur, si in re commodata eadem diligentiam habuerit, ibidem n. 6.—an excusetur propter casum fortuitum, qui sibi evenit, et quando, gloss. l. 3 per text. ibi, tit. 2 part. 5.—Et quid si res sibi concremetur, vel furetur, vel si in eo adfuit culpa ante casum, vel mora, ibidem n. 5, 6, 7 et 8.—Commodatarius si generaliter renuntiet casibus fortuitis, an talis renuntiatio sufficiat, ut illis non obstantibus teneatur, ibi n. 10.—si mittit rem commodatam cum familiari, quem legalem creditur, si res perdat, an pereat periculo ipsius, et quando, n. 1 cum sequent. per text. ibi, l. 4 tit. 2 part. 4.—non excusatur si miserit rem commodatam per malum nuntium, et illa perdit fuit, ibi in n. 4.—quando rem sibi commodatam nuntio creditoris dederit, cum hoc creditor non mandasset nuntio, sed in hoc nuntius dolum fecerit mutando dictum creditoris, an et quando hoc creditori imputetur, vel commodatario, ibidem n. 5.—si decedat ejus hæres rem commodatam restituere tenetur, et qualiter, et pro quibus partibus, num. 1 et 4 l. 5 tit. 2 part. 5.—Commodatarii an pro parte obligentur, vel in solidum, quando res commodata fuit deperdita, et ambo rem commodatam receperunt, neque fuit actum, ut quilibet teneretur in solidum, et quid si unus ex eis tantum dolum commisit, vel culpam, an ipse solus teneatur, vel ambo, n. 4 per text. ibi in l. 5 t. 2 p. 5.—Commodatarius an habeat actionem contra commodantem sibi rem vitiosam, qui vitium tacuit, et qualiter teneatur, et quid si ageret noxali, et vitium rei ignorasset, an admittatur, vel non, n. 1 l. 6 per text. ibi, tit. 2 part. 5.—an teneatur curare servum, vel equum sibi commodatum, et expensas solvere, et quas sic, n. 1 l. 7 ibi.—si rem commodatam amittat, et pro ea pretium solvat, et postea illa res appareat, quam actionem intentare possit, n. 1 l. 8 ibi.—non debet commodato privari usque dum expellatur usus, ratione cujus res fuit commodata, n. 1 l. 9 tit. 2 part. 5.—Et quando sic, ibi n. 2.—Commodatarius an possit retinere rem sibi commodatam prætextu debiti, et quando sic, n. 3 per text. ibi, l. 9 ibi.—Et quid si pecunia commodatur, ut species, an possit retinere pro debito, ibidem.—Commodatarius an possit

rem commodatam retinere pro expensis factis in tali re commodata, n. 4 l. 9 ibidem.—si sit morosus in restituenda re sibi commodata, si illa postea pereat, an pereat ipsius periculo, etiamsi eodem modo esset penes commodantem peritura, et quid in foro conscientie, n. 6 dict. l. 9 tit. 2 part. 5.—Et quid si agatur actione reali, ibidem.—Commodatarius an teneatur rem commodatam restituere, si ex tali restitutione tunc illud perderetur vero domino, v. n. 6 l. 7 tit. 18 part. 2.—an teneatur ad periculum rei commodatæ, si æstimata data fuit, n. 2 l. 71 tit. 18 part. 5.—non potest uti re commodata, nisi ad illud, ad quod fuit sibi commodata, n. 4 l. 71 tit. 18 part. 5.—si non restituat rem sibi commodatam finito tempore, sed expectat sententiam, qualiter puniatur, gloss. l. 12 tit. 10 part. 7.—cui res commodata furata fuit, an ipse, vel qui sibi illam commodavit, contra furem agere possit, et quando, et qualiter, gloss. l. 11 per text. ibi, tit. 14 part. 7.—Et an commodatario detur actio legis Aquilæ, vel damni infecti, n. 3 l. 2 tit. 15 part. 7.

COMMODATUM, et an periculum transeat in commodatarium, si res æstimata commodetur, n. 2 l. 71 tit. 18 part. 5.—Et qui commodatum recipit, an teneatur de casu fortuito, si generalis renuntiatio illorum præcesserit, ibi n. 5.—Commodatum in tribus differt à mutuo, et pro commodato aliquid recipi potest, non pro mutuo, n. 3 per text. ibi, l. 1 tit. 1 p. 5.—Et qualis sit, de hoc ratio, dict. n. 3 ad fin.—Commodatum quid sit, sive tacitum, sive expressum, quare sic cognominetur, et in quo differat à precario, n. 1 per text. ibi, l. 1 tit. 2 p. 5.—si à pupillo detur, an contractus ex integro teneatur vel non, et in quo talis contractus cum pupillo factus teneatur, ibi n. 4.—Et an fur, vel prædo agant commodato, vel non, dict. n. 4 in fin.—Commodatum in dubio semper præsumitur factum gratia commodatarii, et quid si aliqua utilitas veniat exinde danti, n. 1 l. 2 tit. 2 part. 5.—si perdatur itinere, cum commodatarius commodanti miserat per nuntium, quando ei imputetur, vel non, n. 1 per text. ibi, cum sequent. l. 4 ibidem.—Et quid si talis sit nuntius ecclesiæ, ibidem in finalibus verbis.—Commodatum factum alicui, ipso decedente tenentur ejus hæres illud restituere, et qualiter, n. 1 et 4 l. 3 tit. 2 part. 5.—qualiter distinguatur à precario, et an commodatum possit revocari ante usum expletum, n. 1 l. 9 tit. 2 part. 5.—Et quando sic, ibi n. 2.—Commodatum an possit retineri à commodatario prætextu debiti, et quando sic, n. 3 per text. ibi, l. 9 ibidem.—Et quid si pecunia commodatur, ut species, an possit retinere pro debito, ibidem.—Et an expensæ factæ in re commodata debeant recuperari retinendo ipsam rem commodatam pro eis, n. 4 l. 9 tit. 2 part. 5.

COMMUNITAS possessionis, quæ magna est, nemini est auferenda, gloss. in proemio tit. 9 part. 3.—illus juris, an pertineat ad patrem, quando ex aliqua causa impeditur, ne ususfructus ad eum pertineat in rebus filii, num. 5 ad fin. l. 3 tit. 17 part. 4.—Commoda indulgentiarum, n. 2 l. 46 per text. ibi, tit. 4 part. 1.—Et in commodum quod rei emptæ succedit post perfectam venditionem, etiamsi sit commodum fortunæ, an emp-

toris, an verò venditoris sit, et quando, n. 3, 4, 7 et 8 l. 23 per text. ibi, tit. 3 part. 5.

COMMUTATIO voti fieri potest ex sola utilitatis majoris causa, etiamsi necessitas non adsit, n. 3 l. 4 tit. 8 p. 1.—voti in omnibus, exceptis duobus, per Episcopum fieri potest; Papæ verò licet in omnibus, n. 1 l. 3 tit. 8 p. 1.—voti in melius, an propria auctoritate fieri liceat, ibidem, et v. l. 2 in princ. illius tit.—quid sit, et in ea debet æqualitas servari, n. 3 l. 5 tit. 8 part. 1.—voti debet fieri tribus concurrentibus, n. 1 l. 6 tit. 8 part. 1.

COMMUNICANS cum excommunicato, ob id non est excommunicatus in aliquibus casibus, ut per n. 4 l. 34 per text. ibi, et gloss. magn. l. 33 tit. 9 part. 1.—cum excommunicato, etiamsi ejus uxor sit, peccat in uno casu, de quo per n. 3 dict. l. 34.—Communicantes eum excommunicato, quando peccent, quando verò non, per glos. dict. l. 34.—Communicari an debeant inter maritum et uxorem accessiones, seu incrementa per alluvionem, et quando, n. 3 l. 30 tit. 28 p. 3.—an debeat inter maritum et uxorem partus ancillæ in dotem datæ, n. 1 l. 20 tit. 11 part. 4.

COMMORARI an teneatur maritus in certo loco, quando tempore contractus matrimonii illud per pactum promissit, n. 3 l. 2 tit. 3 part. 4.

COMMUNIA de jure naturali primævo, an per jus gentium in aliqua commutentur, n. 4 l. 3 tit. 28 part. 3.—sunt ea omnia, quæ sunt in confinio n. 1 l. 6 tit. 28 part. 3.—civitatum, ut sunt fontes, etc. an sit communia quoad usum dominii tantum, n. 1 l. 9 tit. 28 p. 3.—civitatum ita pertinent quoad earum usum pauperibus, sicuti divitibus, n. 8 dict. l. 9 ibi.—Et quid si ex usu divitis, quia multas habet greges, pauperes damnificentur, qualiter eis consulatur, num. 9 l. 9 tit. 28 part. 3.—Communia an pertineant dominis terrarum, sicuti aliis civibus, etsi dominus ibi non habitet, n. 9 dict. l. 9 ibi.—negotia communibus expensis faciendæ sunt, n. 2 l. 15 tit. 32 part. 3.—omnibus, an possint ab aliquo præscribi, et quando n. 1, 2 et 3 l. 7 tit. 29 p. 3.—Et quid si fuerint istæ res præscriptæ tempore immemoriali, dict. n. 1 in princ.—Et an in istis rebus communibus cadat possessio, ita ut præscribi possint, dict. n. 1.—Et quid in terminis alicujus civitatis præscribendis, an idem dicendum sit, dict. num. 1.—Communia pluribus ut singulis, an ibi domini possint separatim consentire, num. 3 l. 10 t. 31 p. 3.—si sint aliqua inter clericum, et laicum etc. de hoc vide remissivè per num. 4 l. 18 t. 31 p. 3.—Communem rem habens cum alio si insitet, ut de novo fiat paries, quæ ipsorum partes dividat, si alter istud contradicat, an ad hoc sit compellendus, n. 2 l. 23 tit. 32 part. 3.—Communia civitatis, an ab ipsa civitate vendi possint, et quando, n. 2 l. 15 tit. 5 part. 5.—lucra quæ dicantur ad hoc, scilicet, ut maritus cum uxore sua teneatur dividere, vel socius cum socio, n. 7 l. 3 tit. 10 part. 5.—Et in his quæ sunt communia pluribus, ut singulis, tunc ut major pars minori præjudicet, debent prius omnes citari, n. 1 l. 5 tit. 15 part. 5.

COMMUNITAS, an habeat fundatam suam intentionem quoad dominium rerum in suo territorio sitarum, n. 1

l. 1 tit. 18 part. 2.—Commune civitatis an possit dare licentiam alicui, ut possit ædificare in loco publico, num. 1 l. 3 tit. 52 part. 3.—Communitas quando vult ex forma statuti resarcire damnum vicinis suis, tunc ille qui sustinuit damnum, tenetur contribuere pro parte sua, sicut quilibet, n. 5 l. 3 per text. ibi, tit. 9 part. 5.

COMMUNIO ad illicita se non extendit, n. 1 l. 2 per text. ibi, tit. 10 part. 5.—De hoc vide in verbo SOCIETAS, et in verbo SOCIUS.—Communio parit discordiam, n. 1 in proœmio, tit. 15 part. 6.—Et naturale vitium est negligi quod commune est, et nihil habere credit qui totum non habet, ibi in n. 2.—Communio ubi non est, ibidem divisio locum non habet, num. 1 l. 1 t. 15 part. 6.—Communione cum aliquo habere quando expediat, n. 2 dict. l. 1 tit. 15 part. 6.

COMPELLERE, compelli debent subditi ad observantiam legis à superiore lata, num. 4 l. 16 tit. 1 part. 1.—Compelli non debet quis ad accipiendam uxorem, et quare, n. 7 l. 1 tit. 20 part. 2.—debet quis matrimonium contrahere, si desponsatus fuerit, et ex quibus causis non sit compellendus, n. 2 et 3 l. 7 tit. 1 part. 4.—ad mutuandum quando possit aliquis, n. 1 in proœm. t. 1 part. 5.—aliquando potest Clericus per iudicem sæcularem, per n. 3 l. 3 tit. 3 part. 5.—quando possit quis ad vendendum rem suam, vel non, v. plures casus per n. 1 l. 3 tit. 3 part. 5.

COMPENSATIO rei depositæ cum debito quod à deponente debetur depositario, an fieri possit, et quid sit dicendum in deposito facto per constitutum, n. 5 l. 5 per text. ibi, tit. 3 part. 5.—Et ex quibus verbis testatoris colligitur velle, ut legatarius legatum compenet cum debito, vel cum dote, si filia sit, n. 5 l. 3 tit. 9, et n. 3 quæst. 5, 6, 7 et 8 l. 16 tit. 9 part. 5.—Compensatio respectu libertatis unius anni cum sterilitate alterius, quando locum habeat, n. 2 l. 23 tit. 8 part. 5.—Et an damnum illatum à socio sui culpa vel dolo, compensetur cum eo quod lucratum est ex sua diligentia, n. 4 l. 7, et n. 5 l. 15 tit. 10 part. 5.—Compensatio damni, et lucri, an habeat locum inter Prælatum et ecclesiam, n. 3 l. 7 tit. 9 part. 6.—Et quid si maritus sui culpa aliqua perdidit, an licet in aliis lucretur, debeat fieri compensatio damni et lucri, dict. n. 5.—Compensatio an dicatur vera solutio, et an impleatur conditio solvendi compensando, n. 1 l. 20 t. 14 p. 5.—Et an qui sub iuramento solvere promisit, si compenset, videatur adimplere promissionem, ibid.—Et quando sit locus compensationi, si debitor illam petierit, ibi n. 2 per illum text.—Et sub qua forma hæc exceptio compensationis opponi possit, ibidem in n. 5.—Compensatio expensarum quas fecit bonæ fidei possessor, an cum fructibus perceptis fiat, n. 5 l. 41 t. 28 p. 5.—expensarum, an debeat fieri cum fructibus perceptis occasione meliorationis illius rei, dict. n. 5 in fin.—non habeat locum in delictis, quando talia delicta sunt circa diversa, n. 5 l. 8 tit. 2 part. 4.—utrum habeat locum inter fornicationem carnalem, et spiritualem, n. 5 l. 8 tit. 9 part. 4.—Et quid si ille qui fuit fornicatus spiritualiter, ad fidem revertatur, an sit locus tunc compensationi, ibi in n. 6.—Compensatio, et an debitor videatur fateri debitum, op-

posita per eum exceptione compensationis, ibi in n. 3 dict. l. 20 tit. 14 part. 5.—Et an exceptio compensationis objici possit coram iudice delegato, vel arbitro, ibi n. 4.—Compensatio compensationis admitti non debet, ibi in n. 5.—Et si in modum compensationis opponatur exceptio, qualis ista esse debeat, ut per eam admittatur compensatio debiti, si debitor illud petierit, n. 6 dict. l. 20.—Compensatio an fiat de quantitate pecuniæ ad quantitatem frumenti, n. 1 l. 24 tit. 14 part. 5.—fieri potest de quota ad quotam, et semper fiet, quando debitum est in eodem genere, secus in diverso, n. 2 dict. l. 21 per text. ibi, cum aliis glossis ibidem.—an habeat locum inter socios, quando unus damnum dedit, et etiam alius, et an tale damnum cum lucro ab ipso datum compensetur, n. 5 l. 15 tit. 10, et n. 1 l. 22 per text. ibi, tit. 14 part. 5.—Et an per procuratorem qui damnificavit dominum, possit objici exceptio compensationis, de eo in quo melioravit causam domini, dict. n. 1 in fin.—Et an dolus cum culpa compensetur, n. 1 et 2 l. 25 ibidem per text. ibi.—Compensatio an habeat locum in debito procuratoris, et quando, n. 2 l. 24 tit. 14 part. 5.—Et illud quod debetur societati, non compensatur cum eo quod debet unus ex sociis, dict. n. 2 dict. l. 24.—Compensatio an habeat locum in personam filii in debito patris sui, n. 25 ibi per illum text.—an possit objici per extraneum comparentem pro alio, etiam sine mandato, ibi in n. 3.—non fit ipso jure, sed tantum si opponatur ab homine, et desiderat sententiam iudicis, et quando fiat ipso jure, n. 1 et 2 l. 26 ibidem.—non objicitur ad id quod debetur ex causa maleficii, n. 1 l. 27 ibidem per illum text.

COMPARATIONES litterarum, et an ex hoc plena fides deducatur, n. 1 l. 118 tit. 18 part. 3.—Et an iudex possit compellere negantem instrumentum fore suum, ut scribat aliquid de novo, ut fiat comparatio, n. 5 l. 119 ibi.—Comparatio litterarum, quam fidem faciat in scripturis privatis, etiamsi talis privata scriptura sit à parte subscripta, ibi n. 6.—litterarum facit plenam fidem in uno casu, quem ponit, dict. n. 6 in fin.

COMPATRIOTÆ naturaliter se diligunt, n. 4 per text. ibi, l. 4 tit. 27 part. 4.—Et si iste fiat inimicus patriæ, amittit naturalitatem, n. 2 per text. ibi, l. 7 tit. 27 p. 4.—Compositio per hæredem usurarii facta cum illis, quibus usuræ restitui debuerant, quando valeat, n. 12 l. 2 tit. 15 part. 6.

COMPLICES qui dicantur, n. 2 l. 82 t. 18 part. 5.

COMPROMISSUM factum in aliquem, ut iudicet secundum justitiam et veritatem, debet iudicare secundum legem fori, non poli, n. 1 l. 3 tit. 4 part. 2.—factum in aliquem, ut iudicet secundum jus, si injustè iudicaverit, an teneat sententia, n. 4 l. 23 tit. 4 part. 3.—in aliquem factum, an extendatur, ubi venit imponenda pœna sanguinis, n. 1 l. 24 tit. 4 part. 3.—an fieri possit in aliquem super causa feudali, vel vassallagii, n. 2 dict. l. 24 ibid.—non potest fieri nisi ab eo qui habet ad hoc speciale mandatum, nec generale sufficet, n. 4 dict. l. 24.—factum super rebus civitatum, an valeat sine licentia Regis, n. 5 dict. l. 24.—factum in venditore alicujus rei, an valeat, et an in una ex partibus,

n. 6 dict. l. 21, et ibi n. 7.—Et an eo solo quod minor compromisit, sive in arbitrum, sive in arbitratorem, videatur læsus, n. 4 l. 23 tit. 4 part. 3.—Compromissum in quo datur arbitro certa forma pronuntiandi, an teneat, n. 8 l. 26 tit. 4 part. 3.—factum in duos cum potestate eligendi tertium, si discordarent, an valeat, n. 10 dict. l. 26.—si à principio non valuit, non potest convalidari per prorogationem termini, n. 1 l. 27 t. 4 p. 3.—factum in iudicem ordinarium, si finito officio recessit, ibidem redire debet ad pronuntiandum, n. 6 dict. l. 27.—an fieri possit, ut per pactum illud transeat ad hæredes arbitri, n. 3 l. 28 tit. 4 part. 5.—an finiatur per susceptionem religionis habitus, vel clericatus, n. 4 dict. l. 28.—Et quid operetur clausula in compromissis posita, scilicet, *rato manente pacto*, v. n. 6 l. 53 tit. 4 part. 5.—Compromissum cum clausula *rato manente*, etc. si compromissarius solvat pœnam, an recedere ei liceat, et quid in hoc operentur, ll. de Madrid, n. 2 l. 53 ibi.—Et quid si compromisit sine dicta clausula, et ibi fuit apposita pœna, et condemnatus appellavit, et noluit solvere pœnam, et fit executio ista ll. de Madrid, an tunc solvendo pœnam liberetur, et recuperet res in quibus facta fuit executio, ibidem.—Compromissum sine pœna factum, an non obediens teneatur saltem ad interesse partis, n. 5 dict. l. 53.—in aliquem factum, an transeat in successorem in prælatura, n. 8 l. 48 t. 18 part. 5.—in Regem factum expirat ejus morte, dict. n. 8 l. 47 tit. 18 part. 5.—Et qualiter, et cum quibus clausulis, debet fieri compromissum, n. 1 l. 106 t. 18 p. 5.

COMPROMISSARIUS, an possit pronuntiare partibus non citatis, n. 5 l. 106 tit. 18 part. 5.

COMPULSUS vendere, an compellatur ad vendendum habita fide de pretio, n. 4 l. 46 tit. 28 part. 3.

COMPUTATIO graduum consanguinitatis qualiter fiat, n. 1 per text. ibi, l. 3 tit. 6 part. 4.—Et quare diverso modo computentur gradus apud Legistas, et Canonistas, ibidem n. 3.—Computatio, an secundum jus canonicum vel civile debeat fieri, quando per statutum laicorum imponitur pœna contrahenti in gradu, vel incestas nuptias, ibi n. 4.—ætatum ante et post diluvium, secundum utramque interpretationem, n. 24 in proœm. Part.—an à nativitate Domini, an verò ab ejus incarnatione fieri debeat, v. infra in verbo HISPANI.

CONCESSA ecclesia monachis vel aliis, quæ illis concessa videantur, et quæ Episcopo videantur reservata, n. 2, 4, 5 et 8 l. 5 tit. 12 part. 1.—ratione affinitatis, an durent soluto matrimonio, n. 1 l. 5 tit. 6 part. 4.

CONCESSIO decimarum laico facta per Episcopum ad vitam ipsius, an valeat, n. 4 l. 22 tit. 20 part. 1.—ad vitam alicujus facta dicitur perpetua, ibidem.—decimarum laico per Papam facta, ad novalia non se extendit, n. 3 per text. ibi, l. 23 tit. 20 part. 1.—facta alicui, ut possit villam ab oppido separare, fortè ut det filio secundo, an videatur ex hoc separata etiam in jurisdictione, vel non, n. 15 l. 2 tit. 1 part. 2.—villæ, vel castri, alicui facta sub titulo Ducis, vel, etc. an videatur concessa jurisdictio, licet in privilegio nihil dicatur, n. 1 l. 12 tit. 1 part. 2.—alicujus jurisdictionis iudici speciali facta, an per hoc videatur adempta jurisdictio iudici-

bus ordinariis, et generalibus, n. 6 l. 24 tit. 9 part. 2.—immunitatis, quando perpetuo, quando verò ad vitam concedentis, tantum duret; et quid si fiat alicui, et ejus filiis, et nepotibus, et quid si alicui ejusque descendens, et quid si adfuerint merita ratione servitorum, n. 2 l. 10 tit. 18 part. 4.—semper est moderanda secundum qualitatem servitorum, dict. n. 4 in fin.—ut quis possit res extrahere extra regnum, an aliquid operetur circa solutionem pecuniæ, quæ in talibus exactio-nibus consuevit persolvi, n. 3 l. 11 ibid.—alicui facta pro pecoribus, et pastu, an intelligatur in transitu tantum, et quid operetur, n. 2 l. 19 tit. 18 part. 5.—desportandis rebus vetitis extra regnum, si aliud non dicatur, debent intelligi pro prima vice tantum, n. 1 l. 20 tit. 18 part. 5.—Principis facta contra ejus jura, an statim debeat in executionem mitti, an verò expectetur secunda jussio, et quid si facta fuit motu proprio, n. 2 l. 29 tit. 18 part. 5.—alicujus rei in dubio, an ad supplicationem, an verò motu proprio concessa videatur, dict. n. 2 in fin.—castri an trahat secum jurisdictionem illi coherentem, n. 8 l. 68 tit. 18 part. 5, et ibi n. 15.—Principis privato facta, ut ex aquæductu publico aquam sibi ducere possit, de qua debeat intelligi, an de ea quæ superest, n. 1 l. 5 tit. 31 part. 5.—naturalitatis alicui per privilegium facta, an faciat illum verum civem, et naturalem, illius regni in quo naturalizat, n. 14 l. 2 tit. 24 part. 4.—Et an ex simplici concessione, alienigena possit habere beneficia in regno in quo naturalizatus fuit, ibi.—Concessio castri alicui facta sub ejus protectione, et regimine cum mero et mixto imperio, an ille collectas imponere possit, vel an jus collectandi remaneat apud illum, cui primò compete-bat, n. 2 l. 6 tit. 25 part. 4.—generalis, an secum adducat regalia, et quæ supremæ jurisdictionis sunt, ut illa etiam concessa videantur, ibi.—Regis facta alicui de regalibus, an valeat, sive fiat ad tempus, sive in perpetuum, n. 9 l. 9 per text. ibi, tit. 4 part. 5.—Et an in concessione portagii sit necessaria justa causa, ut recipiens sit tutus in conscientia, n. 1 l. 3 tit. 7 part. 5.—Concessio pro se et hæredibus, an tunc emphiteusis ita concessa, ad omnes hæredes etiam extraneos transeat, et quando, n. 5 l. 28 tit. 8 part. 5.—Et an concessio facti indeterminati, vel determinati, sit transmissibilis ad hæredes, et quando, n. 1 l. 27 tit. 9 part. 6.—Concessio si fiat civitati, an perpetua esse dicatur, vel si fiat ecclesiæ, dict. n. 1 in fin.—per testatorem alicui facta, an et quando ut ex quibus præsumatur realis, n. 5 dict. l. 27.—Et frustra precibus impetratur, quod jure communi conceditur, n. 4 l. 6 tit. 11 part. 6.

CONCESSO castro, an videatur concessa jurisdictio illi coherentis, n. 8 l. 68 tit. 18 part. 5.

CONCEPTUS ante Papæ dispensationem, eo quia consanguinei erant parentes, an admittatur ad majoriam, et quid si natus fuit ante dispensationem, n. 10 l. 2 t. 15 part. 2.

CONCILIUM congregatur ad sonum campanæ, et concilium est multiplex, n. 4 l. 21 tit. 18 part. 2.—civitas, an possit alicui licentiam dare, ut valeat in loco publico ædificare, n. 1 l. 3 tit. 52 part. 5.